UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

urſi factus, & acta corã eo facta fuerunt ipſo iure nul-
la, & irrita, & hoc ex dipõne ſtatuti ſub rub. de officio,
& iuriſdõne domini Iudicis urſi poſt princ. in quo ca
uetur, ꝙ de dãno dato, quod ſit uſq; ad ſummã libra-
rum uigintiquinq;, dictus iudex cognoſcere poſſit.
ſed ab inde ſupra minimè, cum clauſula decreti irri-
tantis, ut ibi in uerſ. aliàs ſi prædicta omnia &c. Quo
fit, ut ſtatutum id requirat pro forma ſubſtantiali, ob
cuius omiſſionem, ſeu inobſeruãtiã eſt ipſo iure nul-
lum, quicquid aliter factũ fuit ad tradita per Alex. &
alios docto. cõiter in l. 1. ff. de lib. & poſthu. Et ſtante
hmõi clauſula decreti partes non poſſunt renũciare,
nec conſentire, ꝙ aliter fieri poſſit, ut habetur p Abb.
& alios cõiter in c. dilecto, de præben. & ibi Do. Ant.
& Ioã. poſt glo. in uerſi. clauſula, & per Imol. in l. ex
facto, in princ. de uulga. & pupilla. per Alex. in d. l. 1.
& latè per Fel. in c. cum acceſſiſſent, in uerſ. tertia de-
claratio, de conſtitut. & in c.'cum dilecta, de reſcrip.
Sed dictum ſtatutum cum clauſula decreti annullat
proceſſus, & acta omnia, quando corã iudice urſi ſup
damno maioris ſummæ librarum 25. procederetur,
ergo &c. Et quamuis dictus magiſter Guido poſtea
fuerit proteſtatus non uelle conſequi maiorẽ ſum-
mam, ſed ſolum ſummam librarum 25. hoc tamẽ ei
non opitulatur propter clauſulam decreti annullati-
uam proceſſus, & actorum, quoniam ipſe, immo am-
bæ partes non poſſunt in dictum iudicem conſenti-
re, nec illius iuriſdõnem prorogare propter dictam
clauſulam decreti annullatiuam in ſtatuto poſitam.
Et licet ſententia iudicis lata fuerit ſolum ſuper libris
25. reſpectu accuſatoris, tamen dicitur, etiam lata ſu-
per alijs libris 25. cameræ applicandis, & ſic ſuper ma
iori ſumma. Præterea poſito, ſententiam dici latam
ſolum ſuper ſumma librarum 25. attento damno, &
ſic cõtinere ſummã à ſtatuto permiſſam, tñ † ex quo
accuſatio, articuli, & probõnes maiorẽ ſummã conti
nẽt, ipſa accuſatio, articuli , & probõnes, & ſic acta di
cuntur eſſe ipſo iure nulla ex diſpõne ſtatuti. Quo fit,
ut ſentẽtia poſtea lata, q̃ ſummã à ſtatuto permiſſam
continet, diceretur lata ;ſine proceſſu, & ſine actis
iuxta not. in l. cum litè mota, ff. iudi. ſolui, & in c. qm̃
contra, de probat. & ideò ſententia quoq; eẽt ipſo iu-
re nulla tanq̃ lata ſine actis ordinatorijs, & deciſorijs,
ut hẽtur per gl. & Bar. in l. prolatã. C. de ſenten. & in-
5 terlo. om. iud. Rurſus † ex quo in ueritate proceſſum
fuit corã illo iudice urſi ſuper dãno maioris ſummæ
librarũ 25. quod eſt à ſtatuto ꝓhibitũ, utiq; iudex non
potuit ſuper minori ſumma in illa maiori contenta
procedere, nec accuſans potuit facere, ꝙ iudex ſolũ
iudicaret ſuper ſumma librarũ 25. cõprehẽſa in ma-
iori ſumma petita, ſeu ſuper qua proceſſum fuit, qm̃
qm̃ per ſtatutum data eſt ptãs procedẽdi ſuper certa
ſumma, ſi aliter, hoc eſt ſuper maiori proceſſũ fuit,
nec iudex, nec agens facere poſſunt, ꝙ iudiciũ ua-
leat ſuper minori ſumma in maiori comprehẽſa ex
quo ſtatutum ſummas diſtinxit, ut not. uolunt Bald.
Ang. & Alex. in l. ex facto, §. itẽ q̃ro, ff. de uulga. & pu-
6 pil. & Alexã. in l. 1. §. ſi ſtipulãti, in 1. col. ff. de uerbo.
oblig. Præterea † cũ teſtes de maiori ſummæ librarũ
25. depoſuerint, nõ dñr de minori, hoc eſt de libris
25. probaſſe, qm̃ in maiori ſumma probata à teſtib⁹,
ſeu ſuper qua teſtes deponunt, minor ſumma nõ cõ-
tinetur, nec ineſt, ad tradita per Alex. in d. §. ſi ſtipulã-
ti, ibiq; Io. de Imol. & Roma. Ioan. And. in c. 1. de ar-
bit. in 6. Archidia. in c. nihilominus, 3. q. 9. Bal. & An-
gel. in d. l. ex facto. §. item quæro, Specul. in tit. de te-
ſte. §. poſtquam, uerſi. quid ſi plures, & Ioan. de Imo.
in l. inter pares. ff. de re iudic. cum ſimilibus. Cum igi
tur teſtes in hac cauſa coram domino Iudice urſi pro
bauerint de maiori ſumma, & talis probatio quoad
illam maiorem ſummam non ualeat, utiq; non uale-
bit etiam quoad minorem in maiori contentam, ut
7 in locis præallegatis. † Quo fit, ut ſententia lata à iu-
dice dicatur lata ſine probationib⁹, & propterea fuit
iniuſta, & inualida, quia accuſatore nõ probãte, reus
eſt abſoluendus. l. qui accuſare. C. de edẽ. c. fi. de iure-
8 iur. & habetur per Bar. in d. l. prolatam. Præterea † qm̃
agitur de forma actus, uel mãdati, uel alterius actus,
tunc in maiori ſumma nõ ineſt minor, ut uoluit Ro
ma. in d. §. ſi ſtipulanti, ibiq; Alex. in 1. fallen. glo. in c.
plus, de regu. iur. in 6. & in l. cum in teſtamento, ff. de
uerbo. ſignifi. Sed ſtante diſpoſitione ſtatuti propter
clauſulam decreti annullatiuam dicitur agi de for-
ma, Alex. & alij, in d. l. 1. ff. de lib. & poſthu ergo ex
quo petitum, articulatum, & probatum fuit de maio
ri ſumma, non poteſt dici de minori articulatũ, pro-
batum, nec petitum, quia hoc in caſu in maiori ſum-
9 ma non ineſt minor. Non obſtat, † ꝙ in articulis fuit
appoſita clauſula non ſe aſtringens ad probandũ &c.
quæ debet operari, ut ſolum probatio dicatur facta
de ſumma minori, & conuenienti per not. per Abb.
in c. 2. de reſcrip. per Bar. in l. propter. Item, ff. de ex-
cuſa. tuto. & in l. diuus, ff. de re iud. cum ſimil. Quia
reſpondetur primo, ꝙ propter clauſulam prædictam
ſtatuti irritantem, & annullatiuam proteſtatio illa ni
hil operatur, & pars mediãte illa clauſula, & proteſta-
tione, ac declaratione expreſſè facta non poteſt face
re, ꝙ iudex potuerit ſuper ſumma etiã minori in ma-
iori contenta ꝓcedere per prædicta, & maximè quan
do per ſtatutum fuit diſtinctæ ſummæ, ſuper quibus
iudex debeat procedere, ut dixi. Secundo illa clauſu-
la operatur ad ualiditatem articulorum, non autem
10 ad ualiditatem probationum. Tertio † illa proteſta-
tio eſt contraria facto, & ſtatuto prohibenti, iudicem
poſſe quoquomodo procedere ſuper damno maio-
ris ſummæ, ergo non releuat proteſtantem, neque
probantem iuxta not. per Ioan. And. in c. 1. de arbit.
in 6. & Sozi. in d. §. ſi ſtipulanti, in 3. col. ibi Cogita tñ.
Et ex his teneo omnino ſentẽtiã dicti domini iudi-
cis urſi fuiſſe nullam, ac etiam iniuſtam. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Exequutio ſententiæ quando contra debitorẽ debitoris fieri poſſit.*
2 *Solutionis exceptio eſt legitima, & peremptoria.*
3 *Exequutor primi iudicis. qui ſententiam tulit non poteſt, nec de-
bet admittere exceptionem concernentem merita cauſæ, nec de
ea cognoſcere.*
4 *Dilatione pendente factum à iudice eſt nullum ipſo iure, nec de con
ſenſu partium ualidatur: & quando illa pendente poſſit ad ul-
teriora procedere, num. 6.*
5 *Appellatio ab interloquutoria non ex cauſis nouis, & ſuperue-
nientibus poſt appellationem, ſed ex præteritis, & expreſſis in
ſtificatur.*
7 *Pendente tempore dato ad appellandum ab interloquutoria iu-
dex à quo procedere poteſt.*
8 *Appellatio uerbo interpoſita an, & quando ſit ualida.*
9 *Appellatione, cui non fuit delatum, pendente iudex à quo adulte-
riora procedendo ante inhibitionem ſibi factam non attentat,
ut factum ab eo ſit tanquam attentatum reuocandum.*
10 *Appellari de iure nõ poteſt à cõmiſſione facta nuncio de exequẽdo.*
11 *Appellari ab exceſſu in exequendo quomodo ualidè poſſit.*
Cauſæ appellationis ab interloquutoria debet eẽ certa re, et cauſa.

EPITOME.

Sententiae exequutio ꝙ cõtra debitorẽ debitoris ꝑpetuo ad annuã pẽſionẽ obligatũ fieri poſſit.

Et quod exequutor iudicis, qui ſententiam tulit, non poſſit admittere exceptionem reſpiciẽtem merita cauſæ principalis.

Et quòd finita cauſa dilationis datæ, iudex poſſit, etiam illa dilatione pendente, procedere.

Et

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Et φ adiudicatio, & miſſio in poſſeſſionem facta
ad fauorem creditoris pendente tempore ad appellã
dum, ac etiam pendente appellatione interpoſita à
commiſſione facta nuncio de exequendo, non fue-
rit attẽtatum, neq; tanquam attentatũ reuocandum,
hic demonſtratur.

CONSILIVM CVI.

QVatvor contra dominum Peregrinũ,
uel eius uxorẽ allegari, & opponi poſſunt.
Primum, φ contra debitorem debitoris
ſententiæ exequutio fieri non pōt, niſi il-
le ſe debitorem eſſe confiteatur, l. à diuo pio, §. pen. &
fin. ibiq; Bar. & alij, ff. de re iud. cui oppõni reſponde-
1 ri pōt, † hoc eẽ regulare, ſed fallere, quando petitur
exequutio contra debitorem debitoris, qui eſſet per-
petuo obligatus ad annuã penſionem, qualis eſt em-
phyteota, & ſimilis, nã contra ipſum etiam negantẽ
fieri pōt exequutio ſententiæ latæ contra creditorem
ſuum, ut contra dominũ: ita in terminis uoluit Bal.
in l. etiam, C. de exequu. rei iud. quod ſequitur Alex.
in d. l. à diuo pio, in fi. in 3. col. in 2. addi. & eſt cõis cõ
cluſio; & hic eſt propriè caſus noſter: item fallit, qñ
conſtaret de calumnia debitoris negantis, ut ibi per
Alex. ſed in hoc caſu conſtat de euidenti calumnia,
quia ipſe fuit confeſſus ſe eſſe liuellarium, & non eẽ
liuellarium. ergo &c. ¶ Secũdum opponitur, φ iudex
non debuit procedere neglecta exceptione ſolutio-
2 nis oppoſita, † quæ eſt exceptio legitima, & perem-
ptoria, quia ſolutione eius, quod debetur, tollit̃ om-
nis obligatio, & ideò licitum fuit appellare, argumen
to not. in c. quoad conſultationem de re iudic. & per
Domin. in §. ab exequutore, 2. q. 6. Ad hoc breuiter re
ſpondetur primo, φ ab hoc proceſſu facto neglecta
ſolutionis exceptione non fuit appellatum, ſe ab alio
grauamine, & ab alia interloquutoria, uidelicet à cõ
miſſione facta nuncio de exequendo: quo fit, ut gra-
uamen illarum ex proceſſu facto neglecta exceptio-
ne ſolutionis tranſiuerit in rem iudicatam, argumen
to c. concertationi, & c. fi. de appella. in 6. & clemen.
3 fin. eod. tit. Secũdo reſpondetur, φ † cum hæc exce-
ptio ſolutionis reſpiciat merita cãæ principalis, quia
pars aduerſa oppoſuit, φ uxori dicti domini Peregri-
ni ſatisfactum, & ſolutum fuit per hæredes ſui primi
mariti, & iõ ipſa ad reſtõnem dotium ſuarum agere
non potuit, de hac exceptione non potuit cognoſce-
re, nec illam admittere debuit iudex, qui fuit rogatus
per literas primi iudicis, qui ſententiam tulit, per ea,
quæ uoluit Bar. in d. l. à diuo pio, in fin. 1. col. cũ prin.
ſequen. ibi quædã eſt cognitio &c. ¶ Tertium allega
ri, & opponi pōt, φ pendẽte dilatione trium dierum
data ad ſubhaſtãdũ iudex proceſſit ad adiudicationẽ
bonorum, & ad immiſſionem in poſſeſſionem, ergo
4 † quicquid pẽdẽte dilatione factũ fuit, nullum ipſo
iure fuit, nec etiam de conſenſu partium ualidari po
tuit, cum pendente dilatione iudicis officiũ cõquie-
ſcat, l. ſiue pars, C. de dilat. c. ſignificante de appel. &
ubiq; Bal. & idem poſt Cyn. in l. pen. C. de arbi. & Ale
xã. in l. 1. ff. de ferijs. Sed ad hoc etiam facillimè reſpõ
detur, & primo, φ ab hoc nõ fuit appellatum, ſed ab
actu præcedẽti, uidelicet à commiſſione facta nũcio
de exequendo, & ab ipſa exequutione, non autem ab
ijs, q̃ pendẽte dilatione trium dierum facta fuerũt, &
ideò illa in rem iudicatam tranſiuerunt per ſupradi-
5 cta: & † appellatio ab interloquutoria non poteſt iu-
ſtificari ex cauſis nouis, & ſuperuenientibus poſt ap-
pellationem interpoſitam, ſed ex præteritis, & expreſ
6 ſis, clemen. appellanti, de appella. Secundo † iudicis
officium, pendente dilatione, debet conquieſcere,
nec poteſt ad ulteriora ꝓcedere, niſi ſit finita cã, pro-
pter quam dilatio data fuit, nam tunc poteſt
ulteriora procedere etiam dilatione pende
in l. 2. in fi ff. de re iudica. & in l. liberto, §. fin.
nu. leg. l. à filia, §. alumna, ff. ad Trebel. Bar. in
hæres, ff. de acq. hæred. ſed in hoc caſu finita
ſa dilationis datæ, hoc eſt ſubhaſtatio, ut ex r
tubicinis, & nuncij apparet, cui in dubio eſt
& eius relationi credendum, Bald. in l. 2. C. de
fruct. lega. cum ſimil. ergo &c. ¶ Quarto opp
φ pendente tempore dato ad appellandum,
pendente appellatione interpoſita fuit innou
attentatum, & propterea reuocandum eſt, ut
tum ff. nihil innoua. appel. pend. cũ ſimil. Sed
7 reſpondetur primo, φ † pendente tempore
appellandum iudex à quo pōt procedere, qu
appellandum ab interloquutoria illis caſib
de iure poteſt ab interloquutoria appellari, u
ibiq; gl. no. in c. fi. de appell. in 6. in uer. appel
per Domi. in §. anteriorum, 2. q. 6. ſecũdo re
φ etiam facta, & innouata per iudicem poſt
tionem interpoſitam tanquam attentata no
8 uocanda, quia † ſi conſideramus primam ap
nem uerbo interpoſitam, illa non fuit legi
ipſo iure nulla, nec per eam fuit deuolu
tium, qm̃ appellatio uerbo interpoſita no
interpoſita iudice adhuc ſedente pro tri
te quam ad alios actus extraneos diuerte
q; Domi. de app. in 6. & §. litigatoribus, 3.
l. 2. ff. de appel. nec in ea fuit expreſſa iuſta,
cã, quę in ſcriptis exprimi debet, d. c. 1. ibiq;
glo. & in c. ut debitus, de app. aut conſider
9 pellationem interpoſitam in ſcriptis, & † tunc
illi non fuit per iudicem delatum iuxta, c. cũ
tionibus, de appel. in 6. & non fuit inhibitũ
iudex aliquid ulterius innouaret, innouata
non poſſunt dici attentata, nec tanquam att
uocari poſſunt, c. non ſolũ, ubi caſus de appel
ideò ſequitur, φ do. Peregrinus, & ſeu eius ux
adepta fuit corporalem, & ciuilem poſſeſſion
adiudicatione, & immiſſione facta in poſſeſ
debet in ſua poſſeſſione defendi, & manuten
nec lis fuerit finita, ut in c. 1. ut lit. pend. cũ ibi
c. cũ teneamur, ibiq; doct. de appel. Prætereain
10 nis noſtris, † de iure appellari non potuit à cõ
ne facta nuncio de exequẽdo, prout fuit app
nam eſt pars exequutionis realis, & meri fa
ligitur ex not. à Bar. in d. l. à diuo pio, in prin
col. & per Bal. in c. cũ ueniſſent, de eo, qui
& per Imol. qui ponit cautelam, ut non po
lari à declaratione facta de exequẽdo, in l. ab
tore, col. 1. ff. de appel. per Ang. in cõſi. 112.
ab exequutione, C. quorũ app. & Fel. in c. quo
ſultationem de re iud. poſt Abb. φ per iudice
tatur, & fiat exequutio, tunc. n. appellari non
ergo clarè infertur, φ à commiſſione de exe
cta nũcio appellari nõ pōt, alioquin uana cẽ
tela: & hoc eſt ueriſſimũ, pro cuius corrobo
plura adduci poſſent, quæ breuitatis gratia
omittũtur. Nec obſtat, φ ſaltẽ ab exceſſu in exe
potuit appellari, ut in locis præallegatis, & in c.
ille, de appel. quia ut ex ſubhaſtationibus, & re
bus factis per nuncios publicos apparet, non
quo modo exceſſum, immo non fuit facta ex
11 pro integra ſumma debita. Secundo † non
pellare ab exceſſu ſimpliciter, niſi exprimatur
fuit exceſſum, & qualitas exceſſus, nam cauſa
lationis ab interloquutoria debet eſſe certa
ſa, alioquin appellatio non ualet, ut in termi
luit Bald. quem alij communiter ſequũtur in
nato, colum. 3. uerſicul. pone, quòd uictus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fruct. & lit.expen.& facit tex.cum ibi no.in c.1.de appel.in 6.iuncta clem.appellanti,eod.tit. Reliqua ſuppleat Excellẽtiſſimus,& iuſtiſſim⁹ iudex.Laus Deo.

S V M M Æ.

Ordo exequendi traditus in l.à diuo pio, §.in uenditione,ff. de re iudi.an ſit neceſſarius, uel uoluntarius.

L.iudex poſtquam,ff.de re iudi.procedit, ſiue iudex functus fuerit officio diffinitiuè iudicando,ſiue interloquendo.

Interloquutoria exequuta nõ poteſt reuocari,niſi partibus conſentientibus.

Exequutione ſemel facta uno modo,uel ſuper una re,per quam ſit creditori conſultum,non poteſt creditor uariare.

EPITOME.

CREDITOR, poſtquam pro exequutione incœpit ab immobilibus, uel mobilib⁹,& fuit in poſſeſſionem immiſſus,quòd non poſſit uariare hic probat.

CONSILIVM CVII.

ET ſi uera ſunt ea,quę ex aduerſo præſupponuntur,ꝙ † ordo exequendi traditus in l. à diuo pio,§.in uenditione, ff. de re iudic. nõ ſit neceſſarius, ſed potius inductus ad fauorem creditoris pro faciliori exequutione,ut creditor poſſit incipere à bonis mobilibus, uel ab immobilibus,prout ſibi uidebitur, ut per Iaſo. poſt Bart.in d.§.in uenditione,quamuis Imol. & Alex. qui plures allegat,contrarium uelint,& iudicio meo rectius per illũ tex.& per plura alia, Tamẽ ex hoc non ſequitur, neq; Bar. & Iaſ.dicũt , ꝙ poſtquam creditor pro exequutione incepit ab immobilibus, aut à mobilibus, quia immiſſus fuerit in poſſeſſionem , licitum ſit ipſi creditori uariare, de hoc enim nihil dicunt Barto.& Iaſ.ſed ſolum ꝙ pro exequutione licitum eſt incipere à bonis uel mobilibus,uel immobilibus,prout dicto creditori placebit,ſed ex hoc non ſequitur,quòd poſtquam creditor obtinuerit realiter, & cum effectu exequutionem in immobilibus , apprehendẽdo poſſeſſionem de mandato exequutoris, poſſit uariare, & reuerti ad bona mobilia , quoniam exequutor poſtquam ſemel functus fuit officio ſuo, & uſus fuit uia exequutiua ſibi commiſſa, non poteſt ulterius ſe interponere, l.iudex poſtquam, ff. de re iudi. † quod procedit,ſiue functus fuerit officio diffinitiuè iudicãdo,ſiue interloquendo,ut ſignanter declarat Bartol. in l.quod iuſſit,ff.de re iud.col.2.uerſi. quæro,de qua ſententia: & inquit idem Bar.in l.1.in fi.col.ulti. uerſicu.ſed tunc oppo.ff.de prę to.ſtipul.ꝙ interloquutoria, poſtquam eſt exequuta , reuocari non poteſt,niſi conſentientibus partibus.Sed dominus Auditor pro exequutione commiſſa immiſit in poſſeſſionẽ bonorum,mandauit colonis,ꝙ deberent de fructibus creditori reſpondere,& debitoribus præcepit,ꝙ creditorem moleſtare non deberent, & ſic fecit quicquid ad eius officium pro exequutione ſpectabat , ergo ipſe non poteſt ad inſtantiam ſolius creditoris,ſeu ſui procuratoris reuocare ea,quæ fecit , ſed ſolum id poſſet de conſenſu utriuſque partis, ut ibi per Bar.Et ꝙ facta exequutione ſemel vno modo,vel ſuper vna re,creditor nõ poſſit variari,quãdo per exequutionem ſemel factam eſſet creditori conſultum , voluit Ang.maximus practicus in l.reſtituere,ff.de rei vendic. qui hoc modo declarat glo.ibi, & non habet contradicentẽ. Vlterius dico, ꝙ Bar.Iaſ. & alii in d.§.in venditione, non dicunt, ꝙ ordo exequendi , uidelicet ut prius à mobilibus inchoetur &c.ſit uoluntarius , & non neceſſarius,immo omnes per illum tex.contrarium volunt,ſed bene quærunt, num inter ipſa bona mobilia in exequendo ſit aliquis ordo ſeruandus, & inclinant in eam partem,ꝙ non ſit ſeruandus.Et hic non eſt caſus,de quo agitur. Et hæc breuiter pro aliquali informatione in præſenti cauſa ꝑ nũc dicta ſufficiãt.

S V M M Æ.

1 *Sententia confirmata per duas ſententias conformes trãſit in rem iudicatam.*

2 *Exceptio rei iudicatæ obſtat uolenti agere in alio iudicio etiam coràm alio iudice eodem remedio contra caſdem perſonas, & ex eadem cauſa.*

3 *Ea poteſt opponi non ſolum ad merita, ſed etiam ad proceſſum cauſæ.*

4 *In actione hypothecaria quando dominium,& poſſeſſio,& quando ſola poſſeſſio probari debet.*

5 *Sententia lata ex defectu probationum dicitur merè diffinitiua, & in rem iudicatam tranſit.*

6 *Hypothecaria agens contra hæredem cum beneficio legis,& inuẽtarij de dominio defuncti probare debet.*

7 *Remedij intentati natura, & non illius,quod competere potuit, attendi debet.*

8 *Ex ſtipulatione notarij nomine alicuius abſentis facta non acquiritur ius abſenti,uel eius hæredibus, niſi ſequuta ratificatione.*

9 *Et quando,& quomodo hæc ratificatio fieri debeat.*

10 *Inſtrumento exiſtente ſimulato,omnia in illo contenta ſunt ſimulata,& nullius momenti,& ex eo nec perſonali,nec hypothecaria actione agi poteſt.*

11 *Confeſſio dotis receptæ facta à marito conſtante matrimonio inter uiuos etiam cum renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ præſumitur facta animo donandi, & nec marito, nec eius hæredibus nocet,& nume.13.*

Et an iuramento,& morte uiri confirmetur,nu.16.& 17.

12 *Confeſſio dotis receptæ facta à marito cũ renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, quando marito noceat, & quando non.*

14 *Quid ſi dicta confeſſio eſſet facta in inſtrumento quarentigiato.*

15 *Quid ſi eſſent lapſa tempora à iure data ad opponendam exceptionem non numeratę pecunię.*

18 *Sententia fundata in aliqua exceptione oppoſita,et cognita etiam quo ad illam exceptionem tranſit in rem iudicatam.*

EPITOME.

EXCEPTIONEM rei iudicatæ obſtare uolenti agere in alio iudicio,& coram alio iudice eodem remedio, & ex eadem cauſa,contra eaſdem perſonas.

Et ex confeſſione dotis receptæ facta à marito cõſtante matrimonio etiam cum iuramento, & renunciatione exceptionis pecuniæ nõ numeratæ nõ poſſe ad dotis reſtitutionem agi actione perſonali,uel tanquam ex donatione præſumpta,uel morte uiri confirmata, ſed ſimulationis exceptionem poſſe obijci, hic demonſtratur.

CONSILIVM CVIII.

IN cauſa dñarum Lauræ, & Hippolytæ de Saſſuno cõtra illos de Paſqualettis agentes actione hypothecaria ad quædam bona per dictas dominas, ac earum patrem dominum Herculem tenta , & poſſeſſa propter quãdam aſſertam dotem olim dominæ Margheritæ ſororis dictorum de Paſqualettis, & aſſertæ uxoris quõdam Comitis Franciſci de Beuilacquis, cõtingit de pluribus dubitari, & Primo,an ſententia domini Nicolai auditoris lata ad fauorem dictorum domini Herculis, Lauræ,& Hippolytæ, & confirmata ꝑ alias duas ſententias conformes , quibus fuerunt abſoluti à petitis quoad remedium intentatum,tranſiuerit in rem iudicatam, ita quòd ipſis de Paſqualettis iterum agere uolentibus eodem remedio in alio iudicio obſtet exceptio rei iudicatæ. Secundo poſito, quòd quoad remedium hyppothecariæ intentatum obſtet exceptio rei iudicatæ, an etiam obſtet ipſis aduerſariis agere uolentibus in alio iudicio actione perſonali ad reſtitutionem dotium.

Tertio